bus ꝛ gallus:que ſua feminia formãt in a. vt colũba gallina. Fe-
nix vo(qꝛ vnica auis)ꝛ ſexus in ea nõ attendit:maſculini gñis eſt.
¶ Undecia regl'a.noia .pꝛa angelorꝫ ſũt gñis maſculini vt michael
Choꝛi aũt angeloꝝ ſunt nouẽ:vicꝫ ſeraphin. cherubin. troni. prin-
cipatus. dñatiões. ptãtes, virtutes, archangeli. ꝛ angeli. :diuer-
ſis gñib⁹ repiunt. Nã hec quattuoꝛ troni, principatus, archãgeli.
ꝛ angeli maſculina ſũt, ſꝫ virt⁹, dñatio, ꝛ ptãs fẽina ſunt. At cheru
bin ſeraphin neutra ſũt:ꝛ ſp plalia. Cherub aũt ꝛ ſeraph maſclina
ſũt:ꝛ ſignãt angelos de ſupmis oꝛdinib⁹ ¶ Duodecima rl'a. repiũ-
tur duodecim noia mõ ſub articulo hic:mõ ſub articulo hec:apud
autores indifferẽter plata q̃ dubij ſiue incerti gñis dicũtur:vt hic
vel hec dies. ſilex. finis. talpa. coꝛtex. grus. dãma. margo. bubo. pan
thera. clunis. Has gñales reglas tenaci memoꝛie cmẽda:naꝫ quic
quid poſthac de gñib⁹ dicetur:has ſemper excipiendas eſſe volo.

# Regule ſpeciales de generi

bus. Et primo de A.

O Mnia noia latina in a deſinẽtia fẽina ſũt, vt muſa aqua
Greca vo in a neutra ſũt:ꝛ tertie declinatõis, vt poema
embleba, periſoma. Excipiunt mãna, paſca. mãmona. q̃ neutra ſũt.
Polenta vero neutrũ eſt ꝛ fẽinũ. Sꝫ tñ hec ſex ceta, balena muſte
la, talpa, dãma, ꝛ pãthera ſũt epicena ſub articulo hec ꝗuis veterũ
autoritas ea quoqꝫ ſub articulo maſculini generis protulerit.

¶ De e ꝛ i ¶ Oia noia in e ſiũt in i terminata neu-
tra ſũt, vt monile, gũmi. Excipiunt barbara ꝛ greca in e q̃ ſũt fẽina,
vt ſinecdoche, paſceue. Cete quoqꝫ ꝛ tempe plĩa ſũt ꝛ neutra. Que
dã vo adiectiua in e vel in i finita ois gñis ſũt ꝛ indeclinabilia. vt
mille huiuſmodi De o ¶ Noia in o non
mutãtia o in i in gtõ ſinglari maſculina ſũt, vt ſermo. Excipit ta-
lio, caro. ꝛ verbalia in io:q̃ fẽina ſũt, vt lectio, opinio, religio poꝛtio
Excipiũt etiã pſeudo. ꝛ pſto adiectiua ois gñis. ſiũt põdo neutrũ,
q̃ tria etiã indeclinabilia ſũt, Unio vo p margarita vl' pũcto taxili
maſclm eſt, ſꝫ p ꝯiũctione captũ fẽinũ eſt:ſicut vbalia in io. ¶ No
mina vo in do vel in go finita mutãtia o in i in gtõ ſingulari fẽina
ſũt, vt hec imago. dulcedo. Excipiunt hic oꝛdo, ꝛ cardo. Margo
aũt tã maſclm q̃ fẽinũ eſt. De u c d l m r t.

¶ Omnia noīa in u:vel in c:vel in d:vel in l:vel in m:vl' in t deſinētia neutra ſūt. vt genu, lac, aliquid, animal, caput, tēplum. Excipit̄ hic ſal: q̄d ⁊ apud veteres neutꝝ inuenit̄. hic pugil. hic ſol. hic ꝯſul, hic ⁊ hec vigil. pſul, ⁊ exul. hic ⁊ hec ⁊ h̄ nequā. ⁊ quot ⁊ tot: cum eoꝝ ꝯpoſitis. Notidē ſiłr oīs gn̄is eſt: ⁊ plis nūeri tm̄. Idē quoqꝫ maſclīn eſt ⁊ neutꝝ

¶ De an en in ⁊ on

¶ Oīa noīa in an en in ⁊ in on, ſiłr ⁊ iſta noīa ten. pecten. ſplē. liē linen, flamen: p ſacerdote iouis. Et ꝯpoſita a cano, vt liricen, tubicen ſūt gn̄is maſcłi, vt hic tytan. pean, delphin, demō, canō. Excipiunt̄ ab hac reg̃la. localia in on q̄ ſūt feīa, vt hec babilō, ſydō, celidō ſindō. Reliq̄ oīa in en ſyllabā: ⁊ paucula in on ꝯpoſita a dya ſiue geta neutra ſūt. vt nomē, flamē p flutu, ſolamē, numē, diateſſeron. diameron. getalogodion. Excipit̄ hic ſiren.

¶ De ar.

¶ Omnia nomina in ar deſinentia neutra ſūt, vt hoc lucanar, far, inſtar. laquear, Excipiuntur hic boſtar. hic lar, hic ſotular, ⁊ hic ⁊ hec ⁊ hoc par cum ſuis compoſitis

De er.

¶ Omnia nomina in er deſinētia maſculina ſūt. vt puer, mg̃r. Excipiunt̄ noīa tertie declinationis in ver: vel in ber terminata. vt ſuber, vber. p mām̄a ver. v̄ber, puber, cadauer. Siłr nomina tertie declinatōis fructū terre ſignificātia, vt papauer. ſiler, cicer. Siłr iſta naia iter, veſp. ſpinter. ruder. iuger. ⁊ cāter p morbo q̄ oīa neutri ſūt gn̄is. Imber tm̄ cū ſuis ꝯpoſitis: ⁊ cucumer maſcła ſūt: linther quoqꝫ femininum eſt. Similiter iſta nomina degener. vber. pauper. ⁊ puber. adiectiua ſunt communis gn̄is ꝙuis obliqui neutris. quoqꝫ generibus coniuncti reperiuntur

De ir

¶ In ir deſinētia noīa maſculina ſūt. vt hic vir, leuir. treuir. abadir, Excipit̄ h̄ gauddir. ⁊ h̄ ir, ⁊ hic ⁊ hec martyr

De or

¶ Oīa noīa in or deſinentia maſculina ſūt. vt labor. honor. lector Excipiūt̄ ꝯpatiui qui ſūt gn̄is ꝯīs, vt doctior. fortior. p̄ter hic ſenior. Excipiūt̄ etiam hec arbor. h̄ marmor, equor. ador. ⁊ cor. ⁊ hic ⁊ hec memor, immemor. Et a decꝰ, corpꝰ. ⁊ color, ꝯpoſita q̄ ꝯīa ſūt vt dedecor, bicorpor, diſcorpor. Auctor etiā eſt ꝯīs gn̄.e. ſꝫ cū eū ſignat qui auget tūc eſt maſculinū ⁊ facit fēīnū auctrix

¶ De ur.

¶ Noīa deſinētia in ur ſūt neutra, vt hoc robur. guttur, iecur, ſulphur. Excipiunt̄ noīa deoꝝ: vel gētilia: vel appellatiua auiū: ⁊ vel ꝑ vel fañ ur habētia que maſculina ſūt, vt auxur, aſtur, turtur. furfur

Præter illa tria fur.ligur.ꝛ augur ꝯūia ſūt ¶De as
¶In as deſinētia nōia fēīna ſūt,vt pietas, ciuitas. Excipiūt gē
tilia:ꝛ pꝛia q̄ ꝯūia ſūt,vt arcbas,nr̄as,vr̄as,capenas,arpinas,rauē
nas, Præter excipiūt hic vas vaſis,hic as,gigas,mas,ꝛ elephas,Ex
cipiuntur etiā hoc vas vaſis,phas.ꝛ nephas,nugas quoqꝫ oīs ge-
neris eſt ꝛ indeclinabibile. De es correpta
¶Omnia nomina in es correptā deſinentia q̄ nullā ſignificatōis
naturalē ꝯūctionē hn̄t cum femininis maſculina ſūt,vt gurges tra
mes,limes,poples, Sꝫ q̄ hn̄t ꝯūēz ſignificatōēz cū femininis ex re
gu.is gn̄alib⁹ ſup̄dictis ꝯūia ſūt,vt limes,eques,ſupſtes,comes,di
ues,ebes,ſoſpes,p̄pes,teres,hoſpes,inquies antiſtes,ales,deſes.
tripes,loripes,quadrupes,mlta m̄ ex his maxime in obliquis caſi
bus ſūt gn̄is oīs vt diues,ſoſpes,hoſpes,deſes,bipes ꝛc. Excipiū
tur ab hac regula hec teges.ꝛ ſeges,ꝛ hec ꝓpes,ꝛ hec apes vl̄ apis

De es producta

¶Omnia nomina in es ꝓductā deſinētia feminina ſūt, vt labes,
clabes,cedes, lues,nubes. Excipit hic verres ꝓ porco. Et hic ma
gnes,lebes,paries,aries, Et dies qd̄ in ſingl'ari incerti gn̄is ē, In
pl̄i v̄o ſp̄ maſculini ſicut ꝛ ꝯpoſitū ab eo ſcꝫ hic meridies, Excipiū
tur etiam quorum ſignificatū ad vtrūqꝫ ſexū ptinet, nā ex regulis
generalib⁹ ꝯūa ſunt,vt heres,locuples locupletis, pes quoqꝫ maſ
culinum eſt,ꝛ es neutrum. De is

¶Oīa nōia in is deſinētia ſiue latina,greca, vl̄ barbara ſūt gn̄is
feminini,vt claſſis,meſſis,clauis,tuſſis,auis,lexis,iris,hypocriſis
Excipiuntur hn̄tia n vel duas ꝯſonātes in eadē ſyllaba:vel vnam
l̄raꝫ valētez duas ꝯſonātes an̄ is, Et q̄ penultimā ſyllabā finiūt in
liquidā:vel q̄ gtm̄ hn̄t excreſcētez in vna ſyllaba nā oīa hec maſ
culina ſūt, vt hic lapis,axis,panis,piſcis,orbis, Excipit quoqꝫ hic
canis,ꝛ hic molaris ſubſtātiuū pro dente:vel lapide, verꝫ hec oīa
dipēnis,febris,peſtis,veſtis,vallis,turris,pellis,peluis,cuſpis,caſ
ſis caſſidis,hn̄s in gtō,lactis,iaſpis,reſtis,aſpis,lis, ꝛ glis,fēīna
ſūt q̄uis ſ.ſe habeāt iuxta exceptōis,formā, Itē adiectiua hui⁹ter
minatōis ꝯūia ſunt ꝛ formāt neutrū in e, vt hic ꝛ hec fortis ꝛ hoc
forte, Tricuſpis tn̄ ꝛ ſi ꝯūe ſit:in obliquis tn̄ caſib⁹ neutris aſſoci
atur, Dis quoqꝫ ꝯūis gn̄is:in pl̄i nūero ē gn̄is oīs ¶De os
¶Nomina in os deſinentia maſculina ſunt,vt flos mos, Pre-

ter chaos,dos,glos,feminina.preter cuſtos.ſacerdos.bos.īpos.
ꝯpos,ꝯpūia.⁊ os hñs oris ⁊ oſſis in gtõ,⁊ chaos.⁊ melos.argos.
⁊ logos neutra. Greca quoqȝ aliqua in os feminina ſūt.vt arbos.

¶De us ſecunde declinationis

¶Nōia in us ſcđe declinatōis maſcl'a ſūt.vt annꝰ.vēcus,ſomnꝰ.
Excipiūt hec criſtalꝰ.paradiſus.nardꝰ,domꝰ.iacinctꝰ.bumꝰ.alaꝰ,
phaſelꝰ.papirꝰ.egiptꝰ.diphthōgꝰ.abiſſus.ſinodꝰ.carbaſus.ſmarag
dus,damaſcus.vānꝰ,colꝰ.heremꝰ,dotrꝰ.atōꝰ.⁊ ſil'a greca mutātia
os in us apđ latinos. Excipit h vulgꝰ qđ in maſculino gñe artium
ſcriptores poſuiſſe repiūt Silr excipit h pelagus.virꝰ quoqȝ ⁊ pus
neutra ſūt ⁊ indeclinabilia,

¶De us tertie declinationis

¶Nōia in us correptā tertie declinatōis mutātia u in aliā vocalē
in gtõ ſinglari ſūt neutri gñis,vt h munꝰ.opꝰ. Excipit hic lepꝰ. hic
⁊ hec ⁊ h vetꝰ. Si aūt hmōi nomina ſeruāt u in gtõ tūc ſūt femini
na.vt ſalꝰ.palꝰ.iuuētꝰ.pecꝰ pecudis nā pecus pecoris neutꝝ ē Ex
cipiūt quinqȝ neutra monoſyllaba vicȝ tus.grꝰ.ihus.ius.⁊ pus ꝑ
ſceno,nā pus puris ꝑ cuſtodia fēinū eſt. Et vnū maſculinū hic mꝰ,
Et tria ꝯīa hic ⁊ hec ſus.grus.⁊ ligus. Itē intercꝰ ſubſtātiuū pro
morbo neutꝝ eſt.ſȝ adiectiuū ꝑ eo qđ eſt intercutaneꝰ eſt gñis oīs.

¶De us quarte declinationis.

¶Nomina quarte declinationis in us deſinentia maſculina ſunt
vt curſus.ſexus.fructꝰ. Excipiunt hec manus.idus.domꝰ,acꝰ.por
ticus.tribus. ſpecus aūt ⁊ penus in maſculino ⁊ fēīno ⁊ neutro in
differenter prolata repetiuntur.

¶De aus.

¶Duo ſunt nōia fēina in aus.vt laus ⁊ fraus

¶De aes

¶In aes diphthongon vnum maſculinū repetitur, vt praes pra
edis. Et vnum neutrum ſcȝ aes aeris

¶De x.

¶Nōia in x deſinētia fēina ſūt.vt fornax.nix.nox. Itē nōia poli
ſyllaba terminata in ex maſcl'a ſūt niſi ſignificarēt fructū terre: qꝛ
ſubeſſent tūc ꝑncipali vt hic ↄtex.exlex.vertex.culex.apex.cimmex.
Excipiūt hec pelex obex.ſupellex.vibex.forfex.forpex. Itē dicimꝰ
hic rex.grex.calix.varix.fornix.frutex.nutrix. maſtix. ⁊ calx. ꝑ pte
pedis poſtrema.nā ꝑ cemēto fēinū eſt. Cortex quoqȝ ⁊ ſilex incerti
gñis ſunt, Sed dux ⁊ coniunx communia ſunt. Reliqua nomina
ſunt fēina.in obliquis tñ caſibus.ſilr ⁊ in plurali etiā neutris ⁊ ma
ſculinis iūgunt.vt lucanus, victrices, ꝓpꝛios victricibꝰ obrue telis.

# Liber .I.

De deſinentibus in duas conſonantes.

¶ Nomina monoſyllaba in duas deſinētia ꝯſonātes fēīna ſunt, ſup ſyllabā ṽo maſculina. Exēplū de p̄rimis. vt hec gēs. fors. ſcops ſors. obs. frons. mors. mēs pulo. trabs. Exēplū de ſcdis. vt hic anceps. māceps. dodrās. torrens. quadrās decuns. adeps. forceps. oriēs. occidēs. Excipiūt a p̄ma pte rſe hic mōs. fōs. mars. pōs. dens. Et a ſcda pte rſe hec cohors. hyēs. ⁊ hic ⁊ hec celebs. infās. parens p̄nceps. effrōs. bifrōs ⁊ ſilia. Adiectiua hꝰ terminatōis ſūt ge. oīs.

Tres ſūt gradꝰ ꝯpatōis. Poſitiuꝰ. vt docꝰ. Cōpatiuꝰ. vt doctior. Suplatiuꝰ. vt docttiſſimꝰ. Inter oēs aūt ptes orōis ſolū aduerbiū ⁊ nomē ꝯpaꝛ. Et id quidē qđ eſt adiectiuū cuiꝰ ſignificatū p̄t augeri vl̄ minui. Formaꝛ āt ꝯpatiuꝰ a ſuo poſitiuo h̄ mō. Nā ſi poſitiuꝰ fuerit ſcđe declinatōis ꝯpatiuꝰ ab eiꝰ gtō formaꝛ adiecta or vt docꝰ. docti doctior. Si ṽo poſitiuꝰ fuerit tertie declinatōis ꝯpatiuꝰ formaꝛ a dtō ſui poſitiui addita or. vt fortis forti fortior. At contra hanc regulam ſimiliter cōtra doctrinā de ſuplatiuo dicendam ſeptem poſitiui ſequentes ſuos comparatiuos ⁊ ſuplatiuos faciūt. videlicet bonos melior optimus, malꝰ peior peſſimꝰ, magnꝰ maior maximꝰ, paꝰ minor minimꝰ, dexter dexterior dextimꝰ, ſiniſter ſiniſterior ſiniſtimꝰ, iuuenis iunior ſine ſuplatiuo. Itē a nominibꝰ adiectiuis habētibꝰ vocalez an̄ is vel ante us ꝓpter vitandū nimium vocalium ꝯcurſum ꝯpatiui nō formātur, ſꝫ eoꝝ loco ponit̄ magis aduerbiū ⁊ ſuus poſitiuus, vt arduꝰ magis arduꝰ arduiſſimꝰ, tenuis magis tenuis tenuiſſimꝰ. Itez quedā aduerbia ſimiliter prepoſitiones multe vices tenent poſitiui. vt extra exterior extremꝰ. ſupra ſuperior ſupremꝰ. intra interior intimꝰ, vltra vlterior vltimꝰ. poſt poſterior poſtremꝰ, citra citerior citimꝰ, infra inferior infimꝰ. ꝓe ꝓior ꝓximꝰ. pridem prior primꝰ. ante anterior ſine ſuplatiuo. Similiter ⁊ ab hoc ṽbo detero ꝯpatiuus deterior ⁊ ſuplatiuus deterrimꝰ deſcendūt. Participia quoqꝫ nōnunq̄ ꝯpantur. ſꝫ tūc nomina fiūt. vt amās amātior amātiſſimꝰ. Itēm nequā indeclinabile nomē ꝯpatiuuz nequior ⁊ ſuplatiuū nequiſſimꝰ facit. Itē multꝰ ſolum in neutro genere ꝯpatiuū hꝫ. nā ſic ꝯpatur multꝰ plurimꝰ multa plurima multū plus plurimum. Itē magnificētior, munificētior, benificentior. ⁊ reliqui ſimiles compatiui nō a magnificus, muific ꝰ, aut bn̄ficꝰ, ſed ab antiquis nominibꝰ ⁊ modo

muſitatis vicȝ magnificens, munificens, ⁊ bñficēs deſcendūt. Ita quoqȝ beneuolus maleuolꝰ ꝯpatiuos accomodāt ab antiquis nominibus beniuolēs maliuolens. Similr amicus facit ꝯpatiuum amicitior ꝯtra regulā dictā ne ſi diceremꝰ amitior ṽbū putaremꝰ. Potis vero ſm regulā format ꝯpatiuum potior ⁊ ſuplatiuum potiſſimus. ac ſignificatio eſt differens, nā hic ⁊ hec potis ⁊ hoc pote ſignificat idē qḋ potēs. potior vero id eſt melior, potiſſimꝰ .i. optimꝰ

De numero nominum.

¶ Nūeri noim duo ſunt. Singlaris vt homo Plis vt homines.

De figura nominum

¶ Figure nominum ſunt tres. Simplex vt animus. Compoſita. vt magnanimus. Decompoſita vt magnanimitas.

¶ Sciendū qñ duo recti integri ⁊ declinabiles ſimul ꝯponūtur talis dictio ſm vtrūqȝ rectū declinat̄. vt reſpublica rei publice. populus romanꝰ populi romani, iuſiurādum iuriſiurandi. Excipit̄ alteruter ⁊ leopardꝰ ꝗ ſolū ſm rectū declināt̄. Sciēdū ꝙ vigintiunus eſt plis numeri tm̄ ⁊ nō declinat̄ ſm hanc regulā qꝛ non ambo integra ſūt declinabilia, ſed ſic declinat̄ Et plr ntō hi vigintiunꝰ he vigintiuna hec vigintiunū Gtō hoꝝ haꝝ ⁊ hoꝝ vigintiunius Dtō his vigintiuni Actō hos vigintiunū has vigintiunā hec vigintiunū ⁊c Sed ſi ꝯpoſitio fit ex recto ⁊ obliquo dūtaxat rectꝰ declinat̄ vt legiſperitꝰ legiſperiti, magiſtercinium magiſtriciniuȝ patreſorationis ptiſorationis pr̄familias patriſfamilias. legiſlator legiſlatoris. prefectaſpretorio p̄fectipretorio. Si vō ꝯpoſitio fiat ex duobus obliquis tale nomē manet indecinabile. vt huiuſmodi, eiuſmodi. taliſmodi. Sed quot modis nomina componantur vide Donatum.

De caſu nominum.

¶ Caſus nominū ſūt ſex. vicȝ. Ntūs. Gtūs. Dtūs. Acūs. Vtīs. ⁊ Abltūs. Inter hos caſus ntūs ⁊ vtūs recti. Reliqui vero obliqui vocātur. Sunt aūt ſex forme caſuales videlicet. Monoptota Diptota Triptota. Tetraptota. Pentaptota. Exaptota. Monaptota ſunt q̄ vna terminatione ꝑ omnibꝰ caſibꝰ finguntur. vt ſunt omnia nomina elemētoꝝ vt a b c. Similr omnia nomina quarte declinatōis in u in ſingulari numero. Itē omnia nomina adiectiua in i vt huiuſmodi. Itē omnia numeralia a quattuor ad centū Itē oēs dictōes ſep̄ias ſolū ſignificātes. Itē oia ꝯpoſita a dya vel ge

ta in on terminata et dyamerō Itē oīa nomina barbara hoc eſt q̄ non ſũt greca neq̄ʒ latina niſi ea flectam⁹ ad declinatōeʒ latinaʒ vl' ad grecam, vel niſi ab autorib⁹ declinata inueniātur. Similiter iſta nomina pſto/pōdo/pſeudo/vir⁹/ſemis p dimidio ador/nequā/abadir/chaos ilio argos/mille. Quot ꝛ tot/cū ſuis ꝯpoſitis cete tēpe nugas ꝛc. Plū vero refert dicere hec dictio eſt aptote forme ꝛ hec dictio eſt monaptote forme Nā q̄ dictio ſit monaptote forme paulo añ dictū eſt. Sʒ dictio aptota q̄ ſolū vnū tenet caſum in ſinglari nūero qui ſi eſt ntūs in eo etiā intelligit' vctūs, vt Iupiter iter nam iouis ꝛ itineris nō ꝓpriū hoꝝ nominū ſed accomodati ſūt gti. Si aūt aliqđ neutrū ſit aptote forme, tūc in ntō etiam actūm ꝛ vctūm tanq̄ vnū caſum intelligim⁹ vt pus/fas/ir nefas. Diptota ſunt que duas diuerſas teminationes caſuales habēt in ſingulari numero, vt hec fors ab hac forte. Triptota ſūt que tres terminationes habent in ſingulari numero, vt ſunt omnia nomina neutri generis ſecunde declinationis. Tetraptota ſunt que quattuor terminationes hñt in ſingulari, vt mgr. Pentaptota ſūt q̄ quinq̄ʒ terminatōes hñt, vt doct⁹ Exaptota ſūt q̄ ſex termiatōes hñt vt vn⁹ tot⁹ ſol⁹

## De declinatione nominum

¶ Quinq̄ʒ ſūt declinatōes noim. Prima eſt cui⁹ gtūs ſingularis in ae diphthongō deſinit, i, in e lōgam, vt muſa hui⁹ muſe. ¶ Secūda eſt cui⁹ gtūs ſingularis in i deſinit. vt herus heri. ¶ Tertia eſt cui⁹ gtūs ſingularis in is correptam deſinit, vt hic pater huius patris ¶ Quarta ē cui⁹ gtūs ſinglaris in us vl' in u ꝓductā deſinit vt hic viſus hui⁹ viſus, hoc gelu hui⁹ gelu. ¶ Quinta eſt cui⁹ gtūs ſinglaris in ei diuiſas ſyllabas deſinit, vt hec requies hui⁹ requiei

## ¶ De prima declinatōe, Et primo de ntō ſingulari

¶ Ntūs prime declinatōis habet terminationes tres ſcilicet as es a. Et vnā hebreā q̄ eſt am, vt eneas anchiſes poeta adā abraaʒ.

## ¶ De genitiuo ꝛ datiuo

¶ Genitiuus ꝛ datiuus ſingularis ꝛ nominatiuus ꝛ vocatiuus plu ales in ae diphthongō deſinunt, i, in e longam, vt huius muſe

## ¶ De accuſatiuo

¶ Actūs noim latinoꝝ terminat' in am vt poetā. Sʒ nīi greci in as vl' in a deſinētes actm̄ ſuū more greco in an breuē termināt qñq̄ʒ ꝛ preſertim apđ poetas vt eneas eneā/nemea nemean, egina egi

nan/malea maleā. Sȝ ſi ntūs grec⁹ terminet in es actūs ſilr nedū
in am ſȝ etiā in en more grecoꝝ qñqȝ finit vt anchiſes anchiſen

¶ De vctō ¶ Uctūs in a finit qui ⁊ in e ter
minat more grecoꝝ ſi ſuus ntūs habuerit es. Sȝ in hebreis ntūs
actūs vctūs ⁊ ablt̄us ſunt ſimiles ¶ De ablatiuo

¶ Ablt̄us in a deſinit qui ⁊ in e terminat qñ ntūs ſuus habet es
De ntō ⁊ vctō plalib⁹ ¶ Ntūs ⁊ vctūs plales finiūt in e pductā.

¶ De genitiuo plurali

¶ Gtūs pluralis in arum deſinit. In quibuſdā tñ ꝯpoſitis ⁊ pa
tronymicis verum autoritate poetaꝝ per conciſionē gtūs fit in um
vt troiugenum/graiugenum auſonidū p troiugenaꝝ celicolatum ⁊c

¶ De datiuo ⁊ ablatiuo pluralibus.

¶ Datiuus ⁊ ablatiuus plurales in is deſinunt. pauca tñ femini
na in a deſcendentia regulariter a maſculinis in us. nō hñtia neu
tra ⁊ ſignificantia animalia q̄ per ſexū diſcernunt faciunt datiuum
⁊ ablatiuum in abus vt natabus filiabus deabus mulabus equa
bus libertabus. his adduntur animabus ambabus. ⁊ duabus.

De accuſatiuo plurali

¶ Accuſatiuus pluralis ſemper terminatur in as productam.

De ntō ſecūde declinationis.

¶ Ntūs ſecunde declinationis ſex habet terminationes. Er ir ur
us um ⁊ eus. Exemplū vt caper alexander vir ſatur platan⁹ regnū
gliceriū thefe⁹. Et nota ꝙ oīa i eus diphthōgō greca ſūt ⁊ maſclia

De genitiuo ſecunde declinationis.

¶ Gtūs ſcde declinationis in i longā terminat. Sȝ in quibuſdā
pares habet ſyllabas ntō. in quibuſdā nō. nā in ir ur ⁊ eus deſinen
tia ſp gtūi habent excedentē in vna ſyllaba, ⁊ penultimam eiuſdē
gti correptam. vt vir viri, treuir treuiri. ſatur ſaturi, tideus tidei.

¶ In us vero ⁊ in um deſinentia gtōs pares habēt vt tēplū tēpli
virgili⁹ virgilij. Uerūtñ veteres in hmōi genitiuis geminantib⁹ ij
ꝯſueuerūt ⁊ preſertim in metro qñqȝ vltimā litterā ſubtrahere. vt
virgili pro virgilij. patauī p patauij ¶ In er igit tm̄ deſinētia ge
nitiui ancipitē habent regulā in alijs eñ abūdat gtūs. in alijs non
abūdat. Abūdat quidē in ꝯpoſitis a gero ⁊ fero. vt lucifer luciferi
armiger armigeri. Similr in iſtis tener teneri. miſer miſeri. pſper pro
ſperi. liber liberi pro ingenuo vel bacho. Sȝ p cortice arboris vel

codice habet libri. dexter dexteri vel dextri, hiber hiberi. mulciber mulciberi z alijs ſilib⁹. Pares aūt habet ſyllabas in hmōi. menā der menādri. auſter auſtri. ſacer ſacri. zc. Sūt octo ſunt noīa ſīa que formant gtīm in ius z dtīm in i more pnominū ſcōe declinatōis tam in maſculino feminino z neutro vt vnus vllus vter alter totus alius ſolus z quis. Siſt ab eis pposita. vt alteruter nullus vterqʒ neuter. vez hoc vltimū frequentius gtīm in i z dtīm in o terminat. Sciendum q greca in eus diphthongon deſinentia gtīm nequā in i ſed in os more ſuo terminant. vt theſeus theſei vel theſeos.

De datiuo z ablatiuo ſcōe declinationis

Omnia nomina ſecunde declinationis datiuum z ablatiuum formant in o preter que habent ius in genitiuo.

De accuſatiuo ſecunde declinationis.

Actūs hui⁹ declinatōis in um terminat niſi veniat a noīe greco. Nā greca in eus deſinētia actīm ſuū in um mittunt z in a more grecoz. vt ādrogeus ādrogeū vel ādrogea. Sʒ greca q̄ nō termināt in eus actīm in on. vt diphthōg⁹ diphthōgon. menelaus menelaon

De vocatiuo

Quā ntūs hui⁹ declinatōis in r vel in ū finit. vctūs ſilis erit ntō. Sʒ qn ntūs deſinit in eus fit vctūs more greco p abiectionem vlti me lre vt ſpōdeus ſpōdeu. Pa quoqʒ noīa in ius terminata abiecta us faciūt vctīm. vt virgili⁹ o virgilij. achacius achaci. Alia vō in us deſinētia ꝯuerſa us in e faciūt vctīm. vt priamus o pame. pius o pie Excipiūt deus. vulg⁹ ꝑplus chor⁹ fluui⁹ pelag⁹ q̄ hñt vctīm ſilez ntō. Siſt agnus qd facit vctīm agne. filius quoqʒ fili vctīm facit p filie.

De nominatiuo plurali

Ntūs z vctūs plis ſp ſil's ē gtō ſinglari niſi nomē eſſet neutri gnīs nā tūc z ntūs z actūs z vctūs in a terminat. vt ſcamna tēpla. Eſt eīm rla q in oīb⁹ neutris tres caſus inter ſe ſūt ſiles vicʒ ntūs actūs z vctūs. Et in pli nūero ſp deſinūt in a niſi eſſent indeclinabilia.

De genitiuo plurali.

Gtūs plis in oz terminat. veteres tñ z pſertim poete hūc caſuz p ꝯciſionē medie ſyllabe ꝓtulerūt dicētes deū p deoz diuū p diuo rū ſupez p ſuperoz

De dtō z abltō pluralibus

Dtūs z abltūs ſcōe declinatōis in is terminat. Sʒ dicim⁹ dijs pro deis ſicut in nominatiuo z vocatiuo plurali dij pro dei

De accuſatiuo plurali

Om̃is accũs pluralis ſcḋe declinationis finit in os, preter neutra,

De ntõ ſinglari tertie declinationis ⁊ eiꝰ terminationibꝰ

Tertia declinatio hʒ.liiij.terminatiões nti. Deſinit enĩ in a, ⁊ ẽ terminatio ꝑ ſolis grecis, vt poema, ſcema, pizoma,

| | | |
|---|---|---|
| In e vt cubile | In ur vt turtur | In aps vt daps. |
| In o vt leo | In as vt pallas | In eps vt mãcepſ |
| In ac vt lac | In es vt comes | In yps vt cinyps |
| In ec vt allec | In is vt collis | In ops vt ops, |
| In id vt dauid | In os vt compos | In irps vt ſtirps |
| In al vt ſal | In us vt lepus | In ax vt fornax |
| In el vt mel | In abs vt trabs | In ex vt fex |
| In il vt pugil | In ebs vt celebs | In ix vt fenix |
| In ol vt ſol | In ibs vt calibs | In ox vt velox |
| In ul vt conſul | In obs vt ſcobs | In ux vt pollux |
| In an vt titan | In urbs vt vrbs | In aes vt praes, |
| In en vt ſplen | In uls vt puls | In aus vt laus |
| In in vt delphin | In ems vt hyems | In ut vt caput |
| In on vt ſidon | In ans vt dodrans | In alx vt calx |
| In ar vt ceſar | In ens vt dens | In anx vt lanx |
| In er vt pater | In ins vt tirins | In arx vt arx |
| In ir vt gaddir | In ons vt fons | In unx vt ꝯiunx, |
| In or vt amor | In uns vt atuns, | |

De gtis nominũ tertie declinationis in a terminatoꝝ.

Nomina tertie declinationis in a terminata faciunt genitiuum addita tis vt toreuma toreumatis

In e.

In e nomina tertie declinationis finita e in is conuertentia faciunt genitiuum vt ſedile ſedilis, rethe rethis.

In o

Nomina tertie declinatõis fcĩa in do vl' go formãt gtĩũ in is vt dulcedo dulcedinis, cartago cartaginis. Alia oĩa gtĩũ in onis faciũt penultima ꝑducta vt iuno iunonis, caupo onis, Preter q̃daʒ gẽtilia q̃ corripiũt o vt macedo brito ſaxo, Excipiunt cardo margo hõ nemo virgo appollo turbo ꝑ vẽto, ⁊ cupido ꝑ deo q̃ habẽt inis

In c

In c duo ſunt vt hoc lac lactis, ⁊ hoc allec allecis,

In el

In el deſinẽtia addita is faciũt gtĩũ. Preter mel ⁊ fel que addunt lis, vt aĩal aĩalis, vigil vigilis, ſol ſolis, cõſul conſulis,

## ¶ Liber .I.

In an ⁊ in in. ¶ Oia in an ⁊ in in greca ſūt ⁊ addita is faciūt gtīū penultima producta, vt titan titanis, pan panis, delphin delphinis, eleuſin eleuſinis ¶ In en

¶ Nomia in en deſinentia hñt inis, vt flamen flaminis. Excipiūt ten ſiren ſplen lien que habent enis in gtō ¶ In on

¶ In on greca ſūt vel barbara quoꝝ mlta hñt onis penultia correpta, vt gorgon demon canon ſimon ſidon agamēnon. Etiam aliqua hñt onis penultima pducta, vt gnomon ſimeon ſamſon nōnulla hñt tis vt demophon timodon laocoon, oriſon flegitō eglocerō Sūt ⁊ aliqua indeclinabilia, vt diapaſon diameron ¶ In ar.

¶ Neutra in ar deſinentia aris hñt in gtō penultima pducta, vt laquear deriuatū a laqueo, torcular a torqueo, calcar a calce. Excipiuntur nectar iubar aſpar que corripiunt penultimā. Alia omnia habent aris penultima correpta, vt ceſar ceſaris, hoſtar hoſtaris, par paris. Excipit nar qđ pducit penultimā, ⁊ far qđ geminat r, in gtō ⁊ epar quod facit epatis. ¶ In er.

¶ Nomina tertie declinatōis in ter deſinētia hñt tris in gtō vt pr patris, vter vtris. Excipit hic iupiter huius iouis, h iter hui⁹ itineris, ⁊ later luter ſtater ether caracter q̄ hñt eris penultimā breuī, ⁊ pāther crater q̄ hñt eris penultima lōga. Itē noīa adiectiua in cer terminata mutāt cer in cris in gto vt acer acris, alacer alacris, Reliqua oīa in er faciūt gtīū in eris vt aer aeris, celer celeris ver veris excipit ymber cū ſuis ꝯpoſitis qđ facit gtīū in bris, ¶ In ir.

¶ Oia in ir deſinētia ſi declinā̄t hñt iris in gtō penultīa correpta vt martyr gaudđir, ſꝫ ir pir ⁊ abadir indeclinabilia ſūt ¶ In or

¶ In or deſinentia neutra ſit ⁊ greca quecūqꝫ deriuant vel ꝯponunt a primitiuis penultimā gtī corripiētib⁹ ¶ Sit illa nomina rethor, memor arbor caſtor hñt oris penultima correpta, Exemplum de neutris vt equor, De grecis vt hector, De ꝯpoſitis vt bicorpor Reliqua omnia habent oris penultima producta vt ſoror fortior color. Preter cor quod habet cordis ¶ In ur

¶ In ur deſinentia omnia aſſumunt is in gtō penultima correpta, vt ſulphur turtur. Excipitur fur quod producit penultimam gti Similiter excipiuntur robur iecur ebur ⁊ femur que habent in genitiuo oris penultima correpta ¶ In as

¶ Notina in as omnia hñt atis in gtō, vt pietas ciuitas, Preter

tria videlicet. As aſſis, vas vaſis vel vadis, & mas maris. Greca
vo in as breuē deſinētia hñt adis vel ados in gtō vt pallas p dea
lampas archas cicłas. Reliqua greca gtm̄ faciūt in antis. vt ada
mas diamas elephas gigas calcas athlas

¶ In es correptā.

¶ In es correptam maſculini vel pūis gn̄is faciunt gtm̄ in itis pe
nultima breui, vt gurges trames merges diues pedes eques. Ex
cipiūtur q̄ faciūt penultimā in ae diphthōgon vt praepes. Siłr q̄
a v̄bis deriuanł hñtib⁹ in penultima ſyllaba e breuē. Siłr excipiū
tur q̄ hñt i añ es, nā oīa iſta hñt etis in gtō penultima correpta.
vt ab hebeo hebes, hebetis, a tero teres teretis, ab indigeo indiges
indigetis. Ab interpretor interpres interpretis, paries parietis abi
es abietis aries arietis. Inquies tñ h3 inquietis penultima lōga
vt ſuū ſimplex quies. Siłr hec duo fēina ſeges & teges etiā e bre
uem ſeruant vt ſegetis tegetis. Cōpoſita quoq3 a pede gtm̄ faciūt
in edis, vt bipes ſonipes loripes, p̄ter apes qđ hui⁹ apis facit. Si
militer ꝯpoſita a ſedeo per idis gtm̄ efferūt, vt deſes deſidis preſes
preſidis obſes obſidis.

¶ In es productam.

¶ In es productam es in is mutantia faciunt gtm̄ vt hic vertes
huius vertis, hec cedes huius cedis. Excipiunł pes pedis, ceres ce
reris quies quietis merces mercedis heres heredis locuples locu
pletis magnes magnetis agnes agnetis. Multa etiam greca ſunt
in hac terminatione q̄ gtōs habēt ancipites, vt hic chremes huius
chremis vel chremetis, hic rannes huius rannis vel rannetis, hic
dares huius daris vel daretis.

¶ In is correptam.

¶ In is correptā latina gtm̄ ſimilē formant ſuo ntō vt collis pup
pis ſuauis. Excipiunł lapis lapidis, caſſis caſſidis. Quis etiā caſſis
habeat in gtō ſ3 in alia ſignificatione. cuſpis cuſpidis ſenguis ſan
guinis, ꝯpoſitū vo exanguis gtm̄ ſilem h3 ntō ſemis ſemiſſis p me
dietate aſſis. nā vt ſignificat dimidiū indeclinabile eſt. Greca vo
quedā gtōs hñt creſcentes in idis, vt eges egidis aſpis aſpidis. iſis
iſidis. diplois diploidis piramis piramidis. quedā ſimiles, vt hic
adonis huius adonis, hoc neapolis huius neapolis, hec lexis hu
ius lexis. Quedam ancipites habent gtōs, vt hec thetis hui⁹ the
tidis vel thetios. hic paris huius paris vel paridis hec ibis huius
ibidis vel ibis. Sed quando proprium nomen eſt gtm̄ ſemper ſi
mile3 habet ntō, hic tibris huius tibris vel tibridis, hoc tigris hui⁹

tigridis vel tigris,hec ſardis huius ſardis vel ſardinis.Quiris ve
ro quiritis habet.z ſimois ſimoentis. In is longam
In is deſinentia longam,itis habent in gtō.vt lis litis.dis di/
tis.Glis vero ſm triplicē ſignificationez glitis gliris z gliſſis tres
habet gtōs. Illa quoqz nomina cucumis puluis cinis vomis que
z in r finita reperiuntur regulam nominum in er terminatorum ſe
quuntur que habent eris in gtō vt vomis vomeris In os
Maſculina in os gtīm formāt in oris.vt lepos mos ros.Excipit
nepos qđ hz nepotis. Alia oīa in tis formāt gtōs penultia lōga
pter ɔpoſita a potis. ſcz impos ppos z ɔpos q̄ breuiāt o añ tis in
gtō.Excipiūt bos bouis.glos gloris qđ glotis z gloſſis gtōs facit
Itē excipit os oris z oſſis.cuſtos cuſtodis.Sz heros z minos gre
ca herois z minois gtōs habent In us correptam.
Nomina neutra in us correptā deſinētia gtīm ſuū formāt in oris
penultima correpta vt corpus tempus pignus.vez h vltimū etiam
pigneris hz.Excipit intercus intercutis z acus aceris. Alia vo in
